

DIGESTORUM LIB. XVI, TIT. III.

— § 5. Item queritur, utrum ordo spectetur eorum, qui deposuerunt; an vero simul omnium depositariorum ratio habetur? Et constat, simul admittendos: hoc enim rescripto principali significatur.

8. PAPINIANUS, lib. 9 Questionum.

Quod privilegium exercetur non in ea tantum quantitate, quæ in bonis argenti, ex pecunia deposita reperta est, sed in omnibus fraudatoris facultatibus: idque propter necessarium usum argenti ex utilitate publica receptum est. Plane sumptus causa, qui necessarie factus est, semper præcedit: nam, deducto eo, bonorum calculus subduci solet.

9. PAULUS, lib. 7, ad Edictum.

In depositi actione, si ex facto defuncti agatur adversus unum ex pluribus heredibus, pro⁶⁷ parte hereditaria agere debeo: si vero ex suo delicto, pro parte non ago: merito, quia aestimatio refertur ad dolum, quem in solidum ipse heres admisit.

10. JULIANUS, lib. 2, ex Minicio.

Nec adversus coheredes ejus, qui dolo carent, depositi actio competit.

11. ULPIANUS, lib. 41, ad Sabinum.

Quod servus deposuit, is, apud quem depositum est, servo⁶⁸ rectissime reddet ex bona fide: nec enim convenit bona fide, abnegare id, quod quis accepit, sed debet reddere ei, a quo accepit: sic tamen, si sine dolo omni reddit, hoc est, ut nec culpas quidem suspicio sit: denique Sabinus hoc explicuit, addendo, nec ulla causa intervenit, quare putare possit, dominum⁶⁹ reddi nolle: hoc ita est, si potius suscipiari, justa scilicet ratione motus: ceterum sufficit bona fide adesse: sed et si ante ejus rei furtum fecerat servus, si tamen ignoravit is, apud quem deposuit, vel creditur dominum non invitum fore hujus solutionis, liberari potest: bona enim fides exigitur. Non tantum autem si remanent in servitute fuerit solutum, sed etiam si manumisso vel alienato, ex justis causis liberatio contingit: scilicet, si quis ignorans⁷⁰ manumisso vel alienatum, solvit: idemque et in omnibus debitoribus servandum Ponponius scribit.

12. POMPONIUS, lib. 22, ad Sabinum.

Si in Asia depositum fuerit, ut Romae reddatur, videtur id actu, ut non impensa ejus id fiat, apud quem depositum sit, sed ejus, qui depositum: — § 1. Depositum eo⁷¹ loco restituuntur, in quo sine dolo malo ejus est, apud quem depositum est: ubi vero depositum est, nihil interest. Eadem dicenda sunt communiter et in omnibus bonae fidei iudicis. Sed dicendum est, si velut actor suis impensis, quoque periculo perficerem rem romam, ut audiendus sit: quoniam et in ad exhibendum actione id servatur. — § 2. Cum sequestre⁷² recte agetur depositi sequestri actione: quam et in heredem ejus reddi oportet. — § 3. Quemadmodum quod in stipulatum vel ex testamento dari oporteat post iudicium acceptum cum detimento rei periret, sic depositum quoque eodem, quo depositi actu sit, periculo ejus, apud quem depositum fuerit, est, si iudicii accipendi tempore potuit id reddere reus, nec reddidit.

13. PAULUS, lib. 31, ad Sabinum.

Si quis inficiatus sit non adversus dominum, sed quod eum, qui rem depositam petebat, verum procuratore non putaret, aut ejus, qui depositisset, heredem: nihil dolo malo fecit: postea autem⁷³ si cognoverit, cum eo agi poterit: quoniam nunc incipit dolo malo facere, si reddere eam non vult. — § 1. Competit etiam condicione, depositi rei nomine: sed⁷⁴ non antequam id dolo admissum sit: non enim quemquam hoc ipso, quod depositum accipiat, condicione obligari, verum quod dolum malum admiserit.

14. GAIUS, lib. 9, ad Edictum provinciale.

Si plures heredes existenter ei, qui deposuerit, dicuntur si major pars adierit, restituentam rem praesentabitis. Majorem autem partem non ex numero utique personarum⁷⁵, sed ex magnitudine portionum hereditiarum intelligentiam, cautela idonea reddenda. — § 1. Sive autem cum ipso, apud quem deposita est, actum fuerit, sive cum herede ejus, et sua natura res ante rem judicatam intercederit, veluti si homo mortuus fuerit, Sabinus et Cassius, absolvit debere eum cum quo actu est, dixerunt: quia sequuntur esse, naturalem interitum ad actorem pertinere: utique, cum⁷⁶ interitura esset ea res, elsi restituta esset actori.

57. L. 18, infr. h. t.; 58. L. 55, infr. de solutione. — 59. L. 5, in fin. supr. de reb. cred. — 60. L. 18, infr. de solutione, § 10, in fin. Inst. de mandato — 61. L. 55, supr. de judic.; L. 10, 1, 12, supr. de rei vind.; L. 11, § 1, supr. ad exhib.; L. 3, in fin. infr. de act. empt.; L. 47, in pr. vers. sed et alibi, infr. de legat. — 62. L. 5, § 1, supr. h. t.; 63. L. 25, in pr. infr. L. 3, C. cod. — 64. L. 7, 2, in fin. supr. de tribut. act.; L. 2, § 5, infr. de dol. mal. et met. except.; 65. L. 16, supr. de conduct. furtiv. — 66. L. 8, supr. de pact. — 67. L. 14, § 11, supr. quod metus caus.; L. 44, supr. ex quib. caus. major. — 68. L. 51, § 1, vers. si tamen ignorans, infr. h. t.; L. 82, in pr. infr. de verb. oblig. — 69. L. 45, in pr. infr. de reg. jur. — 70. L. 1, § 11, supr. h. t.; 71. L. 6, supr. cod. — 72. L. 2, § 1, infr. pro hered. — 73. L. 59, infr. de adquir. vel amitt. possess. — 74. L. 7, § 1, supr. h. t.; 75. L. 9, supr. cod. — 76. L. 1, § 1, in fin. supr. cod. — 77. L. 9, infr. de oblig. et act. — 78. L. 1, C. h. t.; 79. Infr. L. 3, C. de incest. et inuit. mupt. — 80. L. 1, § 18, supr. h. t.; 81. Aida — 82. L. 4, C. cod. — 83. L. 26, supr. de rei vind. — 84. L. 5, § 3, supr. commodati. — 85. L. 186, infr. de verb. sigu. — 86. L. 7, supr. de negot. gressis.

18. JULIANUS, lib. 13 Digestorum.

Qui rem suam depone apud se patitur⁶⁸, vel utendam rogat, nec⁶⁹ depositi nec commodati actione tenetur: sicuti qui rem suam conductit, aut precastro rogat, nec precario tenetur, nec ex locato.

16. AFRICANUS, lib. 7 Questionum.

Si is, apud quem rem deposueris, apud alium eam deponat, et ille dolo quid admiserit, ob dolum ejus, apud quem postea sit depositum, eatenus eum teneri apud quem tu deposueris, ut actiones⁷⁰ suas tibi præstet.

17. FLORENTINUS, lib. 7 Institutionum.

Licet deponere tam plures quam unum possunt, attinet, ut tantum ad sequentes nonni plures⁷¹ deponere possunt: nam tum id fit, cum aliqua res in controversiam deducitur: itaque hoc casu in solidum unusquisque videtur deposituisse: quod alter est, cum rem communem plures deponunt. — § 1. Rei deposita: proprietas apud deponentem manet, sed⁷² et possessione: nisi⁷³ apud sequestrem deposita est: nam tum demum sequester possidet: id enim agitur ea depositione, ut neutrius possessioni id tempus procedat.

18. NERATIUS, lib. 2 Membranarum.

De eo, quod tumulus, incendi, ruinae, naufragii causa depositum est, in heredem⁷⁴ de dolo mortui actio est pro hereditaria⁷⁵ portione, et in simpulum⁷⁶, et intra annum quoque: in ipsum, et in solidum, et in duplum, et in perpetuum datur.

19. ULPIANUS, lib. 17, ad Edictum.

Julianus et Marcellus putant, filiumfamilias⁷⁷ depositi recte agere posse.

20. PAULUS, lib. 18, ad Edictum.

Si sine⁷⁸ dolo malo rem depositum [tibi], amiseris, nec depositi teneris, nec⁷⁹ cavere debes, si deprehenderis, eam reddi: si tamen ad te iterum perverserit, depositi teneris.

21. Idem, lib. 60, ad Edictum.

Si apud filiumfamilias res deposita sit, et emancipatus rem teneat, pater nec intra annum de peculio debet conveniri: sed ipse filius. — § 1. Plus Trebatius existimat, etiam si apud servum depositum sit, et manumisso rem teneat, in ipsum dandum⁸⁰ actionem, non in dominum, licet ex ceteris causis in manumisso actio non datur.

22. MARCELLUS, lib. 5 Digestorum.

Si duo heredes rem apud defunctum depositum dolo interverterint, quadam utique casu in partes tenebuntur: nam si divisorient decem [millia], quæ apud defunctum deposita fuerant, et quina [millia] abstulerint, et uterque solvendo est, in partes obstricti erunt: nec enim amplius actoris interest. Quod si lanceo conflaverint, aut conflari ab aliquo passi fuerint, aliave quæ species dolo eorum interversa fuerit, in solidum⁸¹ conveniri poterunt, ac si ipsi servandam suscipiant: nam certe verum est in solidum quemque dolo fecisse: et, nisi pro solidis, res non potest restituiri: nec tamen absurdum sentiet, qui hoc putaverit, plane, nisi integra rei restitutione, eum, cum quo actum fuerit, liberari non posse; condemnandum tamen, si res non restituerit, pro qua parte heres existit.

23. MODESTINUS, lib. 2 Differentiarum.

Actione depositi conventus, servo constituto cibariorum nomine, apud eundem judicem utiliter experitur.

24. PAPINIANUS, lib. 9 Questionum.

Lucius Titius Sempronius salutem: Centum nummos, quos hac die commendasti mihi, adnumerante servo Sticho actore, esse apud me ut notum haberem, hac epistula, manu mea scripta, tibi notum facio: quæ, quando voles, et ubi voles, confessim tibi numerabo. Queritur, propter usuram incrementum? Respondi, depositi actionem locum habere: quid est enim aliud commendare⁸², quam deponere? Quod ita verum est, si id actu sit, ut corpora nummorum eadem redderetur: nam si, ut tantum solveretur, convenit, egreditur ea res depositi notissimos terminos. In qua questione, si depositi actio non teneat, cum convenient tantudem, non idem reddi, rationem usurarum haberi, non facile dicendum est. Et est quidem constitutum, in bone⁸³ fidei

DIGESTORUM LIB. XVII, TIT. I.

judicis, quod ad usuras attinet, ut tantumdem possit officium arbitri⁸⁴, quantum stipulatio: sed contra bonam fidem et depositi naturam est, usuras ab eo desiderare temporis⁸⁵ ante moram, qui beneficium in suscipienda pecunia dedit: si tamen ab initio de usuris præstandis convenit⁸⁶, lex contractus servabitur.

25. Idem, lib. 5 Responsorum.

Die sponsaliorum aut postea res oblatae puellæ, quæ sui juris fuit, pater suscepit: heres ejus, ut exhibeat, recte convenienter etiam actione depositi⁸⁷. — § 1. Qui pecuniam apud se non obsignatam, ut tantumdem redderet, depositum, ad usus proprios⁸⁸ convertit, post moram in⁸⁹ usuras quoque judicio depositi condemnandus est.

26. PAULUS, lib. 4 Responsorum.

Publia Maevia, cum proficeretur ad maritum suum, arcum clusam cum ueste et instrumentis commendavit Gaia Seia, et dixit ei: Cum salva sanave venero, restitues mihi: certe, si aliquid mihi humanum⁹⁰ contigerit, filio meo, quem ex alio marito suspect: defuncta ea intestata, desidero, res commendatae, cui restitui debeant: filio, an marito? Paulus respondit, filio: — § 1. Lucius Titius ita civitatem: Ελαζον, και ζωεις λόγον παρακατάθης τι πρεγεγμένων τούς αρχαρίους δικαιώματα μαρτυρίου, και πάντα πίστωσι, και συμφωνού, και ωμολόγησο, ω προσέργασται, και συνεθέμενον χρημάτων τούς τούς έκαπτας μηδέποτε μηδέποτε τίσσωνται, μέχρι τις ἀπόδοσις πάντων ἀρχαρίων, id est, Suscepit, habeoque apud me titulo depositi superscripta denarium argenti decem millia: meque ad prescriptum omnia præstaurum et promitto, et profiteor: conventione scilicet inita, ut quod omne argenteum reddatur, in singulos menses, singulare libras, usurarum nomine, quatuor tibi obolos subministrum. Quero, an usura peti possunt? Paulus respondit, eum contractum, de quo queritur, depositi pecunia modum excedere: [et] ideo secundum⁹¹ conventionem usura quoque actione depositi peti possunt. — § 2. Titius Sempronii salutem, Habere me a vobis airis pondo plus minus decem, et discos duos, saccum signatum: ex quibus debet mihi decem, quos apud Titium depositis: item quos Tryphonatus decem: item ex ratione patris vestri decem, et quod excedit: querer, an ex hujusmodi scriptura aliqua obligatio nata sit, scilicet quod ad solam pecuniæ causam attinet? Respondit, ex epistula, de qua queritur, obligationem quidem nullam natam videri, sed probacionem depositarum rerum impleri posse: an autem is quoque, qui deberi sibi cavit in eadem epistula decem, probare possit hoc, quod scripsit, judicem aestimatum.

51. TRYPHONIUS, lib. 9 Disputationum.

Bona fides, quæ in contractibus⁹² exigitur, sequitur summam desiderat. Sed eam utrum aestimamus ad merum jus gentium, an vero cum præceptis civilibus, et prætoriis: veluti reus capitalis judicij depositus apud te centum, is deportatus est, bona ejus publicata sunt; utrumne ipsi hac reddenda, an in publicum deferenda sint? Si tantum naturale et gentium intuemur, ei, qui dedit, restituenda sunt: si civile jus, et legum ordinem, magis in publicum deferenda sunt: nam male meritus publice, ut⁹³ exemplo aliis ad deterredre maleficia sit, etiam eges laborare debet. — § 1. Incurrit hic et alia inspectio, an bonam fidem inter eos tantum, inter quos contractum est, nullo extrinsecus adsumpto, aestimare debeamus, an respectu etiam aliarum personarum, ad quas id, quod geritur, pertinet; exempli loco, latro¹ spolia, [quæ] mili abstulit, posuit apud Seium inscum de malitia depositoris, utrum latroni, an mihi restituere Seius debet? Si per se dantem, accipientemque intueris, hac est bona fides, ut commissari rem recipiat is², qui dedit: si totius rei aquitatem, quæ ex omnibus personis, quæ negotio isto continentur, impletur, mili³ reddenda sunt, quod facto scelerissimo adempta sunt: et probo hanc esse justitiam, quæ suum cuique ita tribuit, ut non distraherat ab ullius persone justior repetitione. Quod si ego ad petenda ea non veniam, nihilominus ei restituenda sunt, qui depositus, quamvis male quæsita depositus: quod et Marcellus in prædonie et fure scribit. Si tamen ignorans latro, cuius filio vel servu rem abstulisset, apud patrem dominumne ejus depositus ignoranter, nec⁴ ex jure gentium consistet depositum; cuius haec est potestas, ut alii, non domino sua ipsius res quasi aliena servanda detur: et si rem meam fur, quam me ignorantem subripuit, apud me etiam nunc delictum ejus ignoranter depositus, recte dicetur non contrahiri depositum: quia non est ex fide bona, rem suam dominum prædoni restituere compelli: sed et si etiam nunc ab ignorantie domino tradita sit, quasi ex causa depositi, tamen indebiti dati condicione competit.

52. CELSUS, lib. 11 Digestorum.

Quod Nerva dicere, latorem⁵ culpam dolum esse, Proculo displicat, mihi verissimum videtur. Nam et si quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est, nisi tamen ad suum modum curare in deposito præstat, fraude non caret: nec enim salva fide minoris iis, quam suis rebus, diligentiam præstabat.

53. LABEO, lib. 6 posteriorum a Javoleno Epitomatorum.

Servus tuus pecuniam cum Attio in sequestre depositus apud Maevium, ea conditione, ut ea tibi reddereatur, si tuam esse probasses: si minus, ut Attio [redderetur]: posse dixi cum eo, apud quem deposita esset, incerti agere, id est, ad⁶ exhibendum, et exhibitam vindicare: quia servus in deponendo tuum jus daturus⁷ facere non potuisse.

54. Idem, lib. 2 Pithanon.

Potes agere depositi cum eo, qui tibi non⁸ aliter, quam nummis a te acceptis depositum reddere voluerit, quamvis sine mora et incorruptum reddiderit.

LIBER SEPTIMUSDECIMUS.

TIT. I.

MANDATI¹, VEL CONTRA.

1. PAULUS, lib. 32, ad Edictum.

Obligatio mandati, consensu² contrahentium consistit. — § 1. Ideo⁵ per nuncius quoque vel per epistolam mandatum suscipi potest. — § 2. Item sive rogo, sive volo, sive mando, sive alio quocunque ver

ergo est officio merces : interveniente enim⁷ pecunia , res ad locationem et conductionem potius respicit.

2. GARUS, lib. 2 Rerum cottidianarum, sive aureorum.

Mandatum⁸ inter nos contrahitur, sive mea tantum gratia tibi mandem, sive aliena tantum, sive mea et aliena, sive mea et tua, sive tua et aliena. Quod si tua tantum gratia tibi mandem, supervacuum est mandatum, et ob id nulla ex eo obligatio nascitur. — § 1. *Mea tantum gratia*⁹ intervenit mandatum, veluti, si tibi mandem, ut negotia mea geras, vel ut fundum mili emeres, vel ut pro me fidejubeas. — § 2. *Aliena tantum*¹⁰, veluti, si tibi mandem, ut Titi negotia gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo fidejubeas. — § 3. *Mea et aliena*¹¹, veluti, si tibi mandem ut mea, et Titi negotia gereres ut mihi et Tito fundum emeres: vel ut pro me et Tito fidejubeas. — § 4. *Tua, et mea*¹², veluti, si mandem tibi, ut sub usuris crederes ei, qui in rem meam mutaretur. — § 5. *Tua, et aliena*¹³, veluti, si [tibi] mandem, ut Titi sub usuris crederes: quod si, ut sine usuris crederes; aliena tantum gratia intervenit mandatum. — § 6. *Tua autem gratia*¹⁴ intervenit mandatum, veluti, si mandem tibi, ut pecunias tuas potius in emploies pradiorum colloces, quam feneres: vel ex diverso, ut feneres potius, quam in emploies pradiorum colloces; cuius generis mandatum, magis consilium est, quam mandatum: et ob id non est¹⁵ obligatorium: quia nemo ex consilio¹⁶ obligatur, etiamsi non expedit ei, cui dabatur: quia liberum est cuique, apud se explorare, an expedit sibi consilium.

3. PAULUS, lib. 32, ad Edictum.

Præterea in causa mandati etiam illud vertitur, ut inter ipsa nec melior causa mandanti fieri possit, interdum melior¹⁷, deterior vero nunquam. — § 1. Et quidem si mandavi tibi, ut aliquam rem mihi emeres, nec de pretio quidquam statui, tuque emisti, utrunque actio nascitur. — § 2. Quod si pretium statui, tuque pluris emisti¹⁸, quidam negaverunt, te mandati habere actionem, etiamsi paratus essem, id, quod excedit, remittere: namque iniquum est¹⁹, non esse mili cum illo actionem, si nolit; illi²⁰ vero, si velit, mecum esse.

4. GARUS, lib. 2 Rerum cottidianarum, vel aureorum.

Sed Proculs recte eum, usque ad pretium statutum acturum existimat: que sententia sane benignior est.

5. PAULUS, lib. 32, ad Edictum.

Diligenter igitur fines mandati custodiendi sunt: nam qui excessit, aliud quid facere videtur. — § 1. Et si susceptum non²¹ impleverit, tenetur. — § 2. Itaque si mandavero tibi, ut domum Seianam centum emeres, tuque Titianam emeris longe majoris pretii, centum tamen, aut etiam minoris, non videris implesse mandatum. — § 3. Item si mandavero tibi, ut fundum meum centum venderes²², tuque eum nonaginta vendideris, et petam fundum; non obstat mili exceptio, nisi et reliquum mili, quod deest, mandato meo pretest, et indemne me per omnia conserves. — § 4. Servo quoque dominus si præcepit, certa summa rem vendere, ille minoris vendiderit, similiiter vindicare eam dominus potest, nec ultra exceptione summovet, nisi indemnitas ei præstetur. — § 5. Melior²³ autem causa mandantis fieri potest, si cum tibi mandasse, ut Stichum decem emeres, tu cum minoris emeris, vel tantidem, ut aliud quicquam servo accederet: utroque enim casu, aut non ultra pretium, aut intra pretium fecisti.

6. ULPIANUS, lib. 31, ad Edictum.

Si remunerandi gratia honor intervenit, erit mandati actio. — § 1. Si cui fuerit mandatum, ut negotia administraret, hac actione erit conveniens: nec recte negotiorum gestorum cum eo agetur: nec enim ideo est obligatus, quod negotia gesist, verum idcirco, quod mandatum suscepit: denique tenetur, et si non gesisset. — § 2. Si passus²⁴ sim, aliquid pro me fidejubere, vel alias intervenire, mandati tenor: et nisi pro invito²⁵ quis intercesserit, aut donandi animo, aut negotium gerens, erit mandati actio. — § 3. Rei turpis²⁶ nullum mandatum est: et ido haec actione non agetur. — § 4. Si tibi mandavero, quod mea non intererat, veluti, ut pro Seio intervenias, vel ut Tito credas, erit²⁷ mili tecum mandati actio (ut Celsus lib. 7 Digestorum scribit), et ego tibi sum

7. L. 22, inf. de preser. verb. — 8. Inst. in pr. h. t. — 9. 2 1, Inst. cod. — 10. 2 3, inst. cod. — 11. 2 4, Inst. cod. — 12. 2 2, Inst. h. t. — 13. 2 5, Inst. cod. — 14. 2 6, Inst. cod. — 15. Exrip. L. 6, 2 5, in fin. inf. cod. — 16. L. 47, in pr. inf. de reg. jur. — 17. L. 5, 2 6, ult. inf. h. t. — 18. L. 4, inf. 2 8, Inst. cod. — 19. L. 21, 2 pen. supre de recept. qui arbitr. — 20. Supr. quod quisque juris. — 21. L. 6, 2 1, L. 5, 2 4; L. 22, in fin.; L. 27, 2 2, inf. — L. 11, C. 2 11, Inst. h. t.; L. 17, 2 5, supr. de edendo. — 22. Add. L. 22, sequentiem. — 23. L. 5, in pr. supr. h. t. — 24. L. 18, L. 55, inf. cod. — 25. L. 40, inf. cod. — 26. L. 22, 2 6, inf. 2 7, Inst. cod. — L. 55, 2 2, inf. de contrab. empt. — L. 26, inf. de verb. oblig. — 27. Ost. L. 8, 2 6, inf. h. t. — 28. L. 2, in fin. supr.

obligatus. — § 3. Plane si tibi mandavero, quod tua²⁸ intererat, nulla erit mandati actio, nisi mea quoque interfuit: aut si non esses facturus, nisi ego mandasse²⁹, et si mea non interfuit, tamen erit mandati actio. — § 6. Apud Julianum lib. 15 Digestorum queritur: Si dominus jussit, procuratorem suum certam pecuniam sumere³⁰, et fenerare pericolo suo, ita ut certas usuras domino penderet [dumtaxat.] si pluris fenerare potuisse, ipse lucaretur. In creditam pecuniam videtur (inquit) accepisse. Plane, si omnium negotiorum erat ei administratio mandata, mandati quoque eum teneri: quemadmodum solet mandati teneri [debito]r, qui³¹ creditoris sui negotia gesist. — § 7. Marius Paulus quidam fidejussit pro Daphnide, mercedem pactus ob suam fidejussionem; et sub nomine alterius ex eventu litis caverat, sibi certam quantitatem dari: hic a Claudio Saturnino pretore maiores fructus inferre jussus erat: [et] advocationibus ei idem Saturninus interdixerat: videbatur autem mili iudicatus solvi fidejussisse, et quasi redemptor litis exitus est, velle a Daphnide mandati judicis consequi, quod erat condemnatus: sed recitissim divi fratres rescriperunt, nullam³² actionem eum propter suam caliditatem habere: quia mercede pacta accesserat ad talen redemptiōnem. Marcellus autem sic loquitur de eo, qui pecunia accepta spondit, ut si quidem [hoc] actum est, ut suo periculo sponderet, nulla actione agat: sin vero non hoc actum est, utilis ei potius actio competit: quae sententia utilitati rerum consentanea est.

7. PAPINIANUS, lib. 5 Responsorum.

Salarium procuratori constitutum³³, si extra ordinem peti ceperit, considerandum erit, labore dominus remunerare voluerit, atque ideo debet adhiberi placitis oportet; et an eventum³⁴ litium, majoris pecuniae premio, contra³⁵ bonos mores procurator redemerit.

8. ULPIANUS, lib. 31, ad Edictum.

Si procuratorem dedero, nec instrumenta³⁶ mili cause reddat, qua actione mihi tenetur? Et Labeo putat, mandati eum teneri: nec esse probabilem sententiam existimant, ex hac causa agi posse depositi: uniuscujusque enim contractus initium³⁷ spectandum, et causam. — § 4. Sed et si per collusum procuratoris absolutus sit adversarius, mandati eum teneri: sed si solvendo non sit, tunc de dobo³⁸ actionem adversus eum, qui per collusionem absolutus sit, dannam ait. — § 2. Sed et de lite, quam suscepit³⁹ exsequendam, mandati eum teneri constat. — § 5. Si quis mandaverit alium gerenda negotia ejus⁴⁰, qui ipsi sibi mandaverat, habebit mandati actionem, quia et ipse tenerit⁴¹: tenetur autem, quia agere potest: quamquam enim vulgo dicatur, procuratorem ante⁴² litiem contestat facere procuratorem non posse, tamen mandati actio est: ad agendum enim dumtaxat hoc facere non potest. — § 4. Si tuteles mandaverint contutori suo mandcipium emendum pupillo, et ille non emerit, an sit mandati actio? Et utrum tantum mandati, an vero et tutela? Et Julianus distinguat: referri enim [ait], cuius generis servum tutoles uni tutorum mandaverint, ut emerit: nam si supervacuum servum, vel etiam onerosum, mandati actione tantum eum teneri, tutela non teneri: si vero necessarium servum, tunc et tutela eum teneri, [non] solum, sed et ceteros: nam et si non mandassent, teneretur tutela, cur servum pupillo necessarium non comparaverunt. Non sunt igitur excusati⁴³, quod contutori mandaverunt, quia emere debuerunt: plane habebunt nihilominus mandati actionem, quia mandato non est obtinendum. Contra quoque Julianus ait, tutorem, qui emit, mandati actionem habere adversus contutores suos. — § 5. Si liber⁴⁴ homo, cum bona fide serviret, mandaverit Titio, ut redimeretur, et numeros⁴⁵ ex eo peculio dederit, quod ipsum sequi, non apud bona fidei emptore relinquere debuit: Titius pretio soluto liberum illum manumisit, mox ingenuus pronuntiatus est: habere eum mandati actionem, Julianus ait, aduersus eum, cui se redimendum mandavit: sed hoc tantum inesse mandati iudicio, ut ab iis actiones mandet, quas habet adversum eum, a quo comparavit. Plane si eam pecuniam dederit, qua erat ex peculio ad bona fidei emptorem pertinente, nulla ei (iuxta Julianus) mandari actiones possunt, quia nullas habet, cum⁴⁷ ei suos nummos emptor dedicerit: quinimo (inquit) ex vendito manebit obligatus: sed et haec actione inutilis est, quia quantum⁴⁸ fuerit consecutus, tantum empti iudicio necesse habebit prestare. — § 6. Mandati actio tunc competit, cum⁴⁹

edendo. — 29. Add. L. 32, inf. cod. — 30. Add. L. 10, 2 4, inf. cod. — 31. L. 51, inf. cod.; L. 6, in fin.; L. 38, supr. de negot. gest. — 32. L. 15, in fin. inf. de reg. jur. — 33. L. 1, C. h. t. — 34. L. 6, in fin. supr. cod. — 35. L. 15, C. de procurat. — 36. L. 9, in pr. supr. de edendo. — 37. L. 12, supr. L. 3, SC. Mared. far. L. 10, 2 4, inf. h. t. — 38. L. 7, 2 9, supr. de dobo malo. — 39. Add. L. 6, in fin. supr. de negot. gest. — 40. L. 17, 2 5, supr. commodati. — 41. Add. L. 14, in fin. pr. inf. h. t. — 42. L. 4, in fin. inf. de appellat; L. 8, L. 11, circa fin. de procurat. — 43. Tit. C. de tutel. vel curat. non geserit. — 44. L. 84, 2 ult. inf. h. t. — 45. L. 7, C. de act. empt. — 46. L. 43, in pr. et 2 5, inf. h. t. — 47. L. 22, 2 6, in fin. inf. cod. — 48. 2 ult. inf. h. t. — 49. Ost. L. 6, 2 4, supr. h. t.

cepit interesse ejus, qui mandavit: ceterum, si nihil interest, cessat mandati actio: et ceterum competit, quatenus interest: utputa mandavi tibi, ut fundum emeres, si intererat mea emi, teneberis: ceterum, si eundem hunc fundum ego ipse emi, vel alius mili, neque interest aliquid, cessat mandati actio. Mandavi, ut negotia gereres: si nihil deperierit, quamvis nemo geserit, [nulla actio est:] aut si alius idonee geserit, cessat mandati actio. Et in similibus hoc idem erit probandum. — § 7. Si ignorantes⁵⁰ fidejussores debitorem solvisse, vel etiam acceptilatione sive pacto liberatum, ex substantia debitoris solverunt, non tenebunt mandati. — § 8. Quod et ad actionem fidejussoris pertinet. Et hoc ex scripto divisorum fratrum intelligere licet. Huius verba haec sunt Catullo Juliano: *Si hi, qui pro te fidejussent, in maiorem quantitatem damnavi, quam debiti ratio exigebat, scientes⁵¹ et prudentes auxilium appellavimus, omiserunt, poteris, mandati agentibus his, requiri, iudicis tueri te. Igitur, si ignoraverunt, excusa ignoranti est: si scierunt, incumbat ei necessitas⁵² provocandi: ceterum dolo versati sunt, si non provocaverunt: quid tamen, si paupertas eis non permisit? Excusata est eorum inopia. Sed et si testamento convenerunt debitorum, ut si ipse putaret, appellaret, potu rationem eius constare.* — § 9. *Dolo⁵³ autem facere videtur, qui id, quod potest restituere, non restituit.* — § 10. *Prolinde si mandavi, ut hominem emeres, tuque emisti, teneberis mili, ut restitus. Sed et si dolo emere⁵⁴ negligisti (forte enim pecunia accepta alii cessisti, ut emeret) aut si lata culpa (forte si gratia ductus, passus es alium emere) teneberis: sed et si servus, quem emisti, fugit, si quidem dolo tuo, teneberis: si dolus non intervenit, nec culpa, non teneberis, nisi ad hoc, ut caveas, si in potestate tuam pervenerit, te restitutur. Sed et si restitus, [et] tradere debes, et si cautum est de evictione, vel potes desiderare, ut tibi caveatur, potu sufficere, si mili hac actione cedas, ut procuratore me in rem meam facias, nec amplius praestes, quam consecuturus sis.*

9. PAULUS, lib. 32, ad Edictum.
De tuo etiam facto⁵⁵ cavere debes.

10. ULPIANUS, lib. 31, ad Edictum.

Idemque et in fundo, si fundum emit procurator: nihil enim amplius, quam bonam⁵⁶ fidem præstare eum oportet, qui procurat. — § 1. Sed et si de sanitate servi procuratori cautum est, aut caveri potest, aut de ceteris vitiis, idem erit dicendum: aut si culpa caveri non curaverit, condemnabitur. — § 2. Si ex fundo, quem mili emit procurator, fructus⁵⁷ consecutus est, hos quoque officio iudicis præstare eum oportet. — § 3. Si procurator meus pecuniam meam habeat, ex mora utique usuras⁵⁸ mili pendet. Sed et si pecuniam meam senori dedit, usurasque consecutus est, consequenter dicimus, debere eum præstare, quantuncunque emolumen-tum sensit, sive ei mandavi, sive non: quia bona fidei hoc congruit, ne de alieno lucrum sentiat: quod si non exercuit pecuniam, sed ad usus suos convertit, in usuras convenienter, que legitime modo in regionibus frequentantur. Denique Papinianus ait, etiam si usuras exegerit procurator, et in usus suos convertit, usuras eum præstare debere. — § 4. Si quis Titio mandaverit, ut ab iis residuum pretii redderet, deinde, redditio pretio, videntur fundum patrono libertus consenserit, triensis pretium an libertus possit repetere? Et ait, si mandatum suscepit initio libertus, non donatum accepit, contrario iudicio posse eum pretium repetere, quod deducitur meritis, quas medio tempore perceperit, superest: quod si donatum patronus in libertum contulit, videri et postea libertum patrono donasse. — § 5. Si mili mandaveris, ut rem tibi aliquam eman, egoque emero meo pretio, habebo mandati actionem de pretio recipiendo: sed et si tuo pretio impendere tamen aliquid bona fide ad emptionem rei, erit contraria mandati actio: aut si rem emptam nolis recipere: simili modo, et si quid aliud mandaveris, et in id sumptum fecero. Nec tantum id⁵⁹, quod impendi, verum usuras⁶⁰ quoque consequar. Usuras autem non tantum ex mora esse admittendas, verum iudicem estimare debere, si exigit a debitore suo quis, et solvit, cum uberrimas usuras consequeretur (exquisitum enim erit rationem ejus rei haberet); aut si ipse motuatus gravibus usuris, solvit. Sed et si rem usuras non relevavit, ipsa autem et usuras absolvit; vel si minoribus relevavit, ipse autem majoribus senus accepit, ut fidem suam liberaret; nor dubito, debere eum mandati iudicio et usuras consequi: et (ut est constitutum) totum hoc ex æquo et bono iudex arbitrabitur. — § 6. Dedi tibi pecuniam, ut creditori meo exsolvas, non fecisti: prestabis mili usuras: quo casu et a me creditori pecuniam debilitam cum usuris recepturus sit; et ita impe-

50. 2 8, inf. hie; L. 29, 2 2, inf. cod. — 51. L. 10, in fin. C. eod. — 52. L. 51, 2 2, in fin. supr. de negot. gest. — 53. L. 17, C. de procurat. — 54. L. 36, in fin. supr. de reg. jur. — 55. L. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, inf. pr. socio. — 56. L. 59, 2 1, inf. h. t. — 57. L. 9, L. 12, supr. L. 3, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, inf. pr. socio. — 58. L. 52, 2 2, inf. de usur. — 59. L. 6, 2 6, supr. h. t. — 60. Fari. L. 2 3, inf. h. t. — 61. L. 34, in pr. supr. de negot. gest. — 62. L. 19, in pr. supr. h. t. — 63. L. 11, in fin. inf. — 64. L. 14, in fin. inf. — 65. L. 3, 2 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, inf. pr. socio. — 66. Ost. L. 17, in fin. inf. de fidejussoribus. — 67. Ost. L. 26, 2 3, inf. h. t. — 68. Ost. L. 26, 2 3, inf. h. t. — 69. Ost. L. 26, 2 3, inf. h. t. — 70. L. 10, 2 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, inf. h. t. — 71. L. 4, C. eod.

meum credat sine usuris, isque non sine usuris crediderit, an etiam usuras mili restituere debeat, videamus

DIGESTORUM LIB. XVII, TIT. I.

rator Severus Hadriano Demonstrati rescripsit. — § 11. Si adolescens luxuriosus mandet tibi, *ut pro meretrice fidejubeas*, idque tu sciens mandatum suscepis, non habebis mandati actionem: quia simile est, quasi ⁷² perditum pecuniam sciens credideris. Sed et si ultius directo mandaverit tibi, *ut meretrice pecuniam credas*, non obligabitur mandati; quasi adversus bonam fidem mandatum sit. — § 12. Cum quidam talem epistolam scripsisset amico suo, *Rogo te, commendatum⁷³ habeas Sextilium Cresceniem anicum meum*, non obligabitur mandati: quia commendandi magis hominis quam mandandi causa scripta est. — § 13. Si quis mandaverit, *filiis familiis credendam pecuniam*, non contra senatusconsultum accipienti, sed ex ea causa, ex qua de peculio, vel de in rem verso, vel quod jussu pater teneretur, erit licitum mandatum. Hoc amplius dico, si cum dobitarem utrum contra senatusconsultum acciperet, an non, nec essem datus contra senatusconsultum accipienti, intercesserit, qui dicet, non accipere contra senatusconsultum, *et pericolo mea crede, dicat, bene credi*, arbitror locum esse mandato, et mandato eum teneri⁷⁴. — § 14. Si post creditam pecuniam mandavero creditori credendum, nullum esse mandatum rectissime Papinius ait: *plane, si, ut expectares, nec urgesc debitor ad solutionem*, mandavero tibi, ut ei des intervallum, periculoso meo pecuniam fore dicam, verum puto, omne nominis periculum debere ad mandatorum pertinere. — § 15. Idem ait, si tutor mandet, *suscipi vel probari nomen, quod fecerat*, teneri eum mandati, scilicet quandam pupillo suo vel curatori eius. — § 16. Si mandavero *exigendam pecuniam*, deinde voluntatem mutavero, an si mandati actio vel mihi, vel heredi meo? Et ait Marcellus, cessare mandati actionem, quia extinctum est mandatum, finita voluntate: quod si mandaveris exigendam, deinde prohibuis, exactamque⁷⁵ recipisti, debitor liberabitur. — § 17. Idem Marcellus scribit, *si, ut post mortem sibi monumenum fieret*, quis mandavit, heres ejus poterit mandati agere: illum vero, quā mandatum suscepit, si sua pecunia fecit, puto agere mandati, si non ita ei mandatum est, ut sua pecunia faceret monumentum: potuit enim agere etiam cum eo, qui mandavit, ut sibi pecuniam daret ad faciendum: maxime, si jam quedam ad faciendum paravit.

15. GAIUS, lib. 40, ad Edictum provinciale.

Idem est et si mandavi tibi, *ut post mortem meam heredibus meis emeres fundum*.

14. ULPIANUS, lib. 51, ad Edictum.

Heredem fidejussori⁷⁶, si solverit, habere mandati actionem dubium non est. Sed si vindicerit hereditatem, emptor solverit, an habeat mandati actionem, queritur? Et Julianus lib. 45 scribit, idcirco heredem habere mandati actionem, quia⁷⁷ tenetur judicio exempto, ut prestat actions suas, idcirco compete exempto actionem, quia potest prestare. — § 1. Si fidejussori duo heredes existenter, et alter eorum a coherede emerit hereditatem, deinde omne, quod defunctus fidejussor, stipulatori solverit, habebit aut ex stipulata aut ex exempto obligatum coheredem suum: idcirco mandati actionem habebit.

15. PAULUS, lib. 2, ad Sabinum.

Si mandatum tibi, *ut fundum emeres*, postea scripsisse, ne emeres, tu antequam⁷⁸ scias me vetuisse, emisses, mandati tibi obligatus ero: ne damno adificiaris, qui suscepit mandatum.

16. ULPIANUS, lib. 51, ad Edictum.

Si quis [mibi] mandaverit, *in meo aliquid facere*, et fecero: quiescum est, an si mandati actio? Et ait Celsus lib. 7 Digestorum, hoc respondisse se, cum Aurelius Quietus hospiti suo medico mandasse dicereatur, *ut in horis ejus, quos Ravenna habebat, in quos omnibus annis secedere solebat, sphæristerium, et hypocasta, et quedam ipsius valitudini apta, sua impensa faceret*: deducto igitur, quanto sua adficia pretiosiora fecisset, quod amplius impendisset, posse eum mandati iudicio persequi.

17. PAULUS, lib. 7, ad Sabinum.

Si mandavero tibi, *ut a Titio decem exigeres*, et, ante exacta, ea, mandati tecum egero: si ante rem judicatum exegeris, condemnandum te esse constat.

18. ULPIANUS, lib. 40, ad Sabinum.

Qui patitur⁷⁹ ab alio mandari, *ut sibi credatur*, mandare intelligitur.

72. L. 24, 2, supr. de minor. — 73. L. u.t. C. quod cum eo, qui in alien. potest. — 74. L. 5, 2, 10, supr. de insit. act.; L. 24, infra de fidejuss. — 75. L. 31, in fin. supr. de lored. petit. — 76. Add. L. pr. inf. de contrar. fidej. — 77. L. 8, 2, 3, supr. h. t. — 78. L. 12, 2, 3, supr. de solution. — 79. L. 6, 2, 3, supr.; L. 55, inf.; L. 6, 2, h. t.; L. 60, inf. de reg. jur.; L. 5, 2, 10, supr. de his, qui eiusl.; L. 1, 2, 3, supr. de exercit. act. — 80. L. 56, inf. h. t. — 81. L. 19, inf. de verb. sign. — 82. L. 135, inf. de reg. jur. — 82 L. 10, 2, 2, supr. h. t. —

19. Ideam, lib. 45, ad Sabinum.

Servus meus si de semet⁸⁰ emendo mandaret, ut redimatur, Pomponius eleganter tractat, an is, qui servum redemerit ultra, convenire possit venditorem, ut servum recipiat: quoniam mandati actio ultra⁸¹ ci- troque est? Sed esse iniquissimum Pomponius ait, ex⁸² facto servi mei cogi me servum recipere, quem in perpetuum alienari volueram: nec magis in hunc casum debo mandati teneri, quam ut eum tibi venderem.

20. PAULUS, lib. 11, ad Sabinum.

Ex mandato, apud eum, qui mandatum suscepit, nihil⁸³ remanere oportet, sicut nec dannum pati debet, si exigere feneratam pecuniam non potuit. — § 4. Fidejussori negotiorum gestorum⁸⁴ est actio, si pro⁸⁵ absente fidejusserit: nam mandati actio non potest competere, cum non antecesserit mandatum.

21. ULPIANUS, lib. 47, ad Sabinum.

Cum, mandato alieno, pro te⁸⁶ fidejusserim, non possum adversus te habere actionem mandati, quemadmodum qui alienum mandatum intulit, spondit: sed si non utique unius, sed utriusque mandatum intulit id fecerim, habebo mandati actionem etiam adversus te: quemadmodum si due mili mandassent, *ut tibi crederem*, utrumque habem obliquetum.

22. PAULUS, lib. 52, ad Edictum.

Si mandavero tibi, *ut pro me in diem fidejubeas*, tuque pure⁸⁷ fidejusseris, et solveris, utilius respondebitur, interim non esse tibi mandati actionem: sed cum⁸⁸ dies venerit. — § 1. Item tractatum est, si, cum in diem deberem, mandatu meo in diem fidejusseris, et ante diem solveris, an statim habeas mandati actionem? Et quidam putant, praesentem quidem esse mandati actionem, sed tantu minorem, quanti mea intersit, superveniente die solutum fuisse: sed melius est dici, interim⁸⁹ nec hujus summae mandati agi posse: quando nonnullum adhuc commodum meum sit, ut nec hoc ante diem solvam. — § 2. Interdum evenit, ut meum negotium geram, et tamen utilem habeam mandati actionem, veluti, cum debitor meus periculo suo debitorum suum mihi delegat, aut cum rogatu⁹⁰ fidejussoris cum reo experior: nam quavis debitum meum persequebar, nihilominus et illius negotium gero: igitur, quod minus servavero, consequar mandati actione. — § 3. Si hi, quorum res veneant, quas pignori dederunt, supposuerunt emptores, et eis emendas res mandant, mandatum intelligitur: licet, quantum ad meram rationem, mandatum non constituit: nam cum rem tuam emas, nulla⁹¹ emptio est in tua persona rei tuae. — § 4. Julianus scripsit, mandati obligationem consistere etiam in rem ejus, qui mandatum suscepit, ex eo maxime probari: quod si pluribus hereditibus venditibus unum mandavero⁹², ut rem hereditarianam emerit, etiam pro ea parte, qua heres sit, obligatur mandati actione, et obligat: et sane, si ille propter hoc extraneo rem non addixerit, quod mandatum suscepit, ex bona fide esse, prastare ei premium, quanti vendere poterat: et contra, si emptor ad empionem rei sibi necessarie idcirco non accesserat, quod heredi precepisset, *se ei emptum, aquisimum esse*, mandati judicio prastare, quanti ejus interfuit, emptam rem habere. — § 5. Is, cuius bona publicata sunt, mandare aliqui potest⁹³, ut ea emat, et si emerit, utilis erit mandati actio, si non prestat fidem: quod ideo receptum est, quia publicatis bonis, quidquid postea acquiritur, non sequitur fiscum⁹⁴. — § 6. Qui adem⁹⁵ sacram spoliandam, hominem vulnerandum, occidendum, mandatum suscipiat, nihil mandati judicio consequi potest, propter turpitudinem mandati. — § 7. Si tibi centum dederit, *ut ea Titio dares*, tuque non dederis, sed consumperis, et mandati et furti teneri te, Proculus ait: aut si ita dederim, ut quae velles, dares, mandati tantummodo. — § 8. Si mandavero tibi, *ut quod tibi debeam, solveret mea nomine*, Nerarius scribit, quavis mutuatus servus pecuniam, rationibus tuis quasi a me receptam intulerit, tamen si numeros a creditore non ita accepit, ut meo nomine daret, nec liberari me, nec te mandati mecum acturum: quod si sic mutuatus sit, ut pecuniam meo nomine daret, utrumque contra esse: nec referre, alius [quis], an idem ipse servus nomine tuo, quod pro me solvatur, accepit: et hoc verius est, quoniam, quotiens suos⁹⁶ nummos accipit creditor, non contingit liberatio debitori.

§ 9. Fugitus meus, cum apud furem esset, pecuniam adquisiit, et ex ea servos paravit, eosque Titius per traditionem a venditore accepit:

84. L. 5, in fin.; L. 4, supr. de negot. gest. — 85. L. 50, inf. de fidejuss. — 86. L. 53, inf. h. t. — 87. L. 51, inf. cod. — 88. L. 1, C. de conduct. ex lege. — 89. L. 51, inf. de fidejuss. — 90. L. 45, 2, fin. infre., 2, 2, Inst. h. t. — 91. L. 40, in pr. supr. de pignorat. act. — 92. L. 55, inf. h. t. — 93. L. 11, 2, 4, inf. de public. — 94. Immo vide L. 2, C. de bona proscript. — 95. L. 6, 2, 3, supr. h. t. — 96. L. 7, C. de furt. — 97. L. 10, 2, 10, supr. h. t. — 98. L. 8, 2, supr. cod. — L. 7, in fin. C. de act. empt.

DIGESTORUM LIB. XVII, TIT. I.

Mela ait, mandati actione me consecuturum, ut restituat mili Titius: quia servus meus mandas Tito videbatur, ut per traditionem accipiet, si modo⁹⁸ rogatu servi hoc fecerit: quod si sine voluntate ejus venditor Tito tradiderit, tunc posse me ex empto agere, ut mili eos venditor traduceret, venditoremque per condicioneum Tito repetitur, si servos tradiderit Tito, quod non debuerit, cum debere se existimaret.

— § 10. Si curator bonorum venditionem quidem fecerit, pecuniam autem creditoribus non solverit, Trebatius, Oilius, Labeo responderent, his, qui presentes fuerint, compete adversus eum mandati actionem: his autem, qui absentes fuerint, negotiorum gestorum a tione esse: atquin si presentum mandatum executus, id egit, negotiorum gestorum actio absentibus non est, nisi forte adversus eos, qui mandaverunt curatori, tanquam si negotia absentium gesserint: quod si, cum soli⁹⁹ creditores se existimarent, id mandaverint, in factum actionis absentibus danda est in eos, qui mandaverint. — § 11. Sic autem liberum¹⁰⁰ est, mandatum non suscipere, ita susceptum consummari oportet, nisi renunciatum sit. Renunciari autem ita potest, ut integrum jus mandatorum reservetur, vel per se, vel per alium eandem rem commode explicandi, aut si redundet in eum captio, qui suscepit mandatum. Et quidem si is, cui mandatum est, ut aliquid mercetur¹, mercatus non sit, neque renunciaverit, se non empturum, idque sua non alterius culpa fecerit: manlati actione teneri eum convenient: hoc amplius tenebitur (sicut Mela quoque scripsit) si eo tempore per fraudem renunciaverit, cum iam recte emere non posset.

23. HERMOGENIANUS, lib. 2 juris Epitomarum.

Sane si valetinus² adversariae vel capitulum inimicitiarum,

24. PAULUS, lib. 2 Sententiarum.

Seu ob inanes rei actiones,

25. HERMOGENIANUS, lib. 2 juris Epitomarum.

Seu [ob] aliam justam causam excusationes alleget, audiendus est.

26. PAULUS, lib. 52, ad Edictum.

Inter causas omittendi mandati etiam mors⁵ mandatoris est: nam mandatum solvitur morte: si tamen per ignorantium⁴ imprium est, competere actionem utilitatis causa dicitur. Julianus quoque scripsit, mandatoris morte solvi mandatum: sed⁶ obligationem aliquando durare. — § 1. Si quis debitor suo mandaverit, ut *Tito solvere*, et debitor, mortuo eo, cum⁶ id ignoraret, solverit, liberari cum oportet. — § 2. Abesse intelligitur pecunia fidejussori, etiam si debitor ab eo delegatus⁷ sit creditori: licet is solvendo non fuerit: quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorum delegatum. — § 3. Si is, qui fidejussori donare vult, creditorum ejus habeat debitorum suum, euque liberari, continuo agit⁸ fidejussor mandati: quatenus nihil intersit, utrum numeros solvet creditori, an eum liberaverit. — § 4. Præterea sciundit, non plus fidejussorem consequi debere mandati judicio, quam [quod] solverit. — § 5. Mandato tuo fidejussi in decem, et procuratori creditori solvi: si vertu procurator fuit, statim mandati agam: quod si procurator non est, repeat⁹ ab eo. — § 6. Non omnia, quæ impensurus non fuit, mandator imputabat, veluti quod spoliatus sit a latronibus, aut naufragio res amiserit, vel languore suo suorumque adprehensus, quadam erogaverit: nam haec magis casibus quam mandato impari oportet. — § 7. Sed cum servus, quem mandatu meo emeras, furtum tibi fecisset, Nerarius ait, mandati actione te¹⁰ consecuturum, ut servus tibi noxe dedatur: si tamen sine culpa, tua id acciderit: quod si ego scissim talen esse servum, nec prediximus, ut possit præcavere, tunc, quanti tua intersit, tantum tibi præstari oportet. — § 8. Faber mandato amici sui emit servum decem, et fabricam docuit: deinde vendidit eum viginti, quod mandati judicio coactus est solvere: mox, quasi homo non erat manus, emptori damnatus est: Mela ait, non præstaturum id ei mandato actionem adversus reum: quamquam enim iam liberatus solvit, tamen fidem implevit, et debitorum liberavit: si igitur paratus s.t. defendere reum adversus creditorem, aquisimum est, mandati judicio eum, quod solvit, recuperare: et ita Julianus videtur.

27. GAIUS, lib. 9, ad Edictum provinciale.

Si hominem tibi dederit, *ut eum manumitteres*, et postea procurator meus prohibuerit, *ne manumitteres*, an mandati agere possim, si tu eum manumiseris? Respondi: Si procurator justam causam habuit interpellationem.

28. ULPIANUS, lib. 14, ad Edictum.

Papinius lib. 5 Quæstionum ait, mandatorem debitoris solventem, ipso jure reum non liberare: propter¹⁷ mandatum enim suum solvit et suo nomine: ideoque mandatori actiones putat adversus reum cedi debere.

29. Idem, lib. 7 Disputationum.

Si fidejussor conventus, cum¹⁸ ignoraret non suisse debitoris numerum pecuniam, soverit ex causa fidejussionis, an mandati judicio persequi possit id, quod solvet, queritur? Et si quidem sciens¹⁹ prætermisit exceptionem vel doli, vel non numeratae pecuniae, videtur dolo versari: dissoluta²⁰ enim negligenti proprie dolum est. Ubi vero ignoravit, nihil, quod ei imputetur. Pari ratione et si aliqua exceptio²¹ debitori competit, paci forte conventi, vel cuius alterius rei, et ignarus hanc exceptionem non exercebit, dici oportet, ei mandati actionem competere: potuit enim atque debuit reus promittendi certiorare²² fidejussorem suum, ne forte ignarus solvat indebitum. — § 1. Non male tractabitur, si, cum ignoraret fidejussor inutiliter se obligatum, solvet, an mandati actionem habeat? et si quidem factum ignoravit, recipi ignoravit, nihil, quod ei imputetur. Pari ratione et si aliqua exceptio²¹ debitori competit, paci forte conventi, vel cuius alterius rei, et ignarus hanc exceptionem non exercebit, dici oportet, ei mandati actionem competere: potuit enim atque debuit reus promittendi certiorare²² fidejussorem suum, ne forte ignarus solvat indebitum. — § 1. Non male tractabitur, si, cum ignoraret fidejussor inutiliter se obligatum, solvet, an mandati actionem habeat? et si quidem factum ignoravit, recipi ignoravit, nihil, quod ei imputetur. Pari ratione et si aliqua exceptio²¹ debitori competit, paci forte conventi, vel cuius alterius rei, et ignarus hanc exceptionem non exercebit, dici oportet, ei mandati actionem competere: potuit enim atque debuit reus promittendi certiorare²² fidejussorem suum, ne forte ignarus solvat indebitum. — § 1. Non male tractabitur, si, cum ignoraret fidejussor inutiliter se obligatum, solvet, an mandati actionem habeat? et si quidem factum ignoravit, recipi ignoravit, nihil, quod ei imputetur. Pari ratione et si aliqua exceptio²¹ debitori competit, paci forte conventi, vel cuius alterius rei, et ignarus hanc exceptionem non exercebit, dici oportet, ei mandati actionem competere: